UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendiolvm De Lavdibvs Aqvae Benedictæ, eiusq[ue] primaria institutione, in duodecim Paragraphos discretum, pro instructione simpliciu[m], co[n]tra Lvtheranos, & Valdenses Hæreticos

Bernardus <de Lutzenburgo>

[Köln], 1526

VD16 B 1991

Alij effectus aquae benedictae. § XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30516

Visual Library

alis, quia per uerbū dei aqua rec'pit ſpiritualē uim & aſperſio aquę
eſt cū aliquo motu reuerētiæ in deū & in res diuinas. Pet. de Palu. Pet. de Palud.
Aqua bn̄dicta facit ad remiſſionē uenialiū, ꝑ modū meriti, inquan-
tū excitat mētē ad quādā deuotionē ꝗ eſt uirtual' cōtritio de uenia-
libꝰ. Et Vuilhelmo in rōnali. Aque quæ lauādis corꝑibꝰ idonea, tā Vuilhel. durā.
tam diuinitꝰ uirtutē acciꝑe meruit, ꝙ ſicut corꝑa lauat a ſordibꝰ, ita
aīas mūdat a peccatis. Et in ueteri lege, oīa pene ꝑ aquā mūdaban
tur. de cōſe. ut ſupra. c. aquā, Si cinis uituli aſꝑſus, ꝑp'o ſignificabat
quāto magis aqua ſale aſꝑſa, diuinis præcibꝰ ſacrata, ꝑp'm ſanctifi
cat atqꝫ mūdat, & ſi ſale aſperſa per Heliſeū, ſterilitas aquæ ſanata Aqua luſtra-
eſt, quāto magis diuinis præcibꝰ ſacratus ſal ſterilitatē rerum aufert tionis.
hū anaꝝ, & coinquinatos purgat, & cætera bona multiplicat. Item,
Si aqua expiatiōis ꝑ miniſtros Moyſi tātę efficatiæ fuit, quātomagis
aqua in Chrī noīe ꝑ miſtros eccl'iæ cōſecrata. Et Nūe. 19. in aqua lu
ſtratiōis, qua debebāt immūdi aſpergi, ponebant̄ cineres uituli cō-
buſti, nō ꝙ cinis mūdabat a pc̄tō, quia impoſſibile eſt, ſanguine hir-
coꝝ aufferri peccata. ad Heb. 10. ſed dicit̄ mūdare ab irregularita-
tibꝰ, quo ad mūdationē carnis, nō aīæ. Sāctꝰ Antho, ꝑ. 3. tit. 12. c. 10. S. Antoninus
Cinis uitulæ ſignificabat, ut nō ex oꝑe oꝑato, ſed ex oꝑe operante. i. Cyprianus
ex fide & deuotione illud facientis. Cyprianꝰ. Homines ideo aqua
benedicta aſpergunt̄, quia ualet ad ſanctificationem.

Alij effectus aquæ benedictæ. § XI.

¶In toto orbe terraꝝ eccleſia iſtum ritū in benedictiōe aquæ obſer-
uat, quę a ſpū ſc̄tō gubernat̄, ſic ſortit̄ aliquē effectū, maxime cōtra
uenenoſā & contra corrūpentē dicit̄ in forma benedictiōis, ut quic
quid in domibus uel in locis fideliū hæc unda reſperſerit, nō illic re-
ſideat ſpūs peſtilens nō aura corrumpēs. Legit̄ ꝙ tꝑe Martæ erat Exemplum.
ſuꝑ Rodanū in nemore draco ferociſſimus qui latens in flumine trāſ
eūtes ꝑimebat, & naues ſubmergebat, ad quē ſc̄tā Marta a populis
rogata, accedēs, aquā bn̄dictā ſuꝑ eū iecit, qui ꝓtinus uictus, ut ouis
a ſancta Marta proprio cingulo alligat̄, & a populo perimit̄. Alius
effectus eſt p̄paratio ad orationē: Dęmones em̄ (teſte Iſaac Abbate)
orantibus nobis maxime inſidiant̄, & ſic ante orationē in ingreſſu
eccleſiæ recipiunt fideles aquā, ut propulſatis phantaſiaꝝ figmētis
anima quietior ſit ad orationē, ſic olim immūdus in templū non in-
grediebat̄, niſi aqua expiationis aſperſus, & ſic profugato dæmo-
ne mens purificat̄, & a phantaſmatis uerſutijs homo defenditur, &
fit cordis diſperſi ad ſe reductio, & ſic in oratione dicit̄, deus inui-
ctæ uirtutis &c̄. ut ubicūqꝫ fuerit aſperſa per inuocationē ſancti no
minis tui p̄ſentia ſancti ſpūs nobis miſericordiā poſcentibus ubiqꝫ
adeſſe dignetur, & ſic licet ſecundum philoſophum omnis aqua ſit
eiuſdem ſpeciei cum omni aqua, non tamen eiuſdem uirtutis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN